



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Mvndvs Et Mvndi Partes, Divinæ Bonitatis Ac Ivstitiæ  
Præcones**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadt, 1645**

§. 7. Fertilitas terræ sanctæ à Brochardo narrata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52365](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52365)

maidis. In horum locorum quasi medio sita est ipsa ciuitas, per se ipsa abunde habens omnia; cum sit irrigua undiq; aquis, & ad magnam securitatem munita. Nam Iordanis fluius ille perennis circumfluit ipsam, in se ab antiquo continentem non minus aruorum, quam sex millia myriadum. Deinde ex vicinia sexaginta myriades hominum in ipsam peruenerunt, qui singuli possessionem centum iugerum agri sunt consecuti. Fluius autem, perinde, ut Nilus, circa tempus exundans, multum terra irrigat. Sic agros laudat Aristæas, qui Iordane prætexuntur, & olim à Deo illis dati sunt, pro quibus religio, cultus diuinus, & virtus, æquitas, innocentia steterunt.

§. VII.

Fertilitas terra sancta à Brochardo narrata.

Sed addo his testem Brochardum, quem etiam Pererius tanto magis æstimat, quia non solum, ante trecentos annos, postquã Iudæa sub imperium Saracenorũ subjecta est, vixit; sed etiam totum decennium consumpsit in ea regione diligentissimè perlustrada. Is ergo Brochardus oculatus testis, terræ sanctæ nobilitatem his coloribus depinxit. Non est credendum quibusdam con-

Benedict.  
Perer in  
c.3. Exod.  
disp. 11.

Brochard  
in lib. de

Ff 3 consi-

terra sãct.  
part. 2.  
cap. 1.

considerarunt. His oculis vidi, quanta fertilitate terra benedicta fructificat: frumentum enim vix terra excolta, sine stercore & fimo, mirabiliter crescit & multiplicatur. Agri sunt velut horti, in quibus feniculum, salvia, ruta, rosa passim crescunt. Ibi bombyx affluit, canamele abundant, ex quibus saccharum extrahitur. Sunt ibi cedri, citri, limones, anarangi, suauissimi & optimi odoris; qui per anni circulum, continue seruantur in arboribus. Sunt & quedam poma citrina magna, ex quibus electuaria pretiosa valde conficiuntur. Sunt & fructus dicti poma Paradisi, penitus admirabiles. Porro haec crescunt in modum botri vuae; & est botrus ille interdum magnus, ut cophinus, seu sporta: habet grana interdum centum, & nonnunquam plura in modum vuae: sunt autem longa, ad quantitatem sex digitorum; & nonnunquam spherica ad quantitatem oui gallinae; saporis vero delicatissimi, & dulcis, ut est mel. Grana intus semen non habent, sed tota eorum substantia comestibilis est. Fructus iste vix uno anno crescit, & maturatur. Arbor cito deficit: est enim eius periodus trium annorum, ut plurimum: qua inarescente, alia ex radice prodire incipit: & hac iterum postea inarescente, procedit tertia, & sic deinceps. Folia

ius arboris longa sunt instar hominis stature:  
lata usque adeo, ut duo totum hominem con-  
tegant. Vinum terra sancta pretiosum valde  
est, & suave præcipue circa Bethlehem, & non-  
nullibi eadem vitis, ter, in anno, fert uvas, &  
maturat omnes, suo tempore. Ficus, malogra-  
nata, oleum, mel, pepones, citruli Babylonicæ,  
& omnium generum legumina, & frumentum  
optimum, in terra sancta, optime colliguntur.  
Panem adeo sapidum & delicatum non come-  
di, qualem in Hierusalem. Sues siluestres, le-  
pores, capreoli, dama, perdices, coturnices, quã-  
tum ibi abundant, penè est incredibile dictu.  
Plurimum est ibi leonum & ursorũ, aliarumq;  
ferarum; camelorum autem incredibilis mul-  
tudo, quorum ego in vno genere pascentium  
vidi tria millia, pluresq; etiam dromedarios.  
Vidi unicornios. Denique illic extant omnia  
mundi bona; & vere terra illa fluit rinis la-  
ctis & mellis.

§. VIII.

E terra sancta, eiectos hostes Dei, ut amici  
Dei eam haberent; quam & ipsam meliorem  
vel deteriorem habuerunt, prout ipsi me-  
liores vel deteriores fuerunt.

Quis non putet eiusmodi verbis  
describi Paradisum? Quis terram talem